

B. 25.

AUSPICATO
PROFESSIONEM HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ

IN
ILLVSTRI GYMNASIO REGIO
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PRINCIPIS ET DOMINI

FRIDERICI I.
BORVSSLÆ REGIS

&c. &c. &c.

VOLVNTATE DECRETAM
AGGRESSVRVS

ORATIONEM PVBLICAM

DE

INFANTE FARRE
CONTECTO AC MACTATO

CHRISTIANIS QVONDAM OBJECTO CRIMINE
IN GYMNASII AVDITORIO

Die XV. Octobr. M DCC XII. Hora IX. Matutina

HABEBIT,
AD QVAM

OMNIVM ORDINVM HOMINES, PRO DIGNI-
TATE VNVM QVEMQVE

OFFICIOSISSIME ATQVE HVMANISSIME
INVITAT

JOHANNES PHILIPPVS HEINIVS.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ, LITTERIS Salfeldianis.



QVANDO TERTVLLIANVS ADVERSVS
 PRAXEAM asserit, *id esse verum, quodcunque*
primum, id esse adulterum, quodcunque posterius,
 liquet exinde, longe doctissimum patrem jam
suo tempore cognovisse, quam facile veritas vel
 studio vel negligentia depravari possit. Est enim
 illa fontis instar, qui quidem purus nullibi, nisi in ipsa scaturigine re-
 peritur, quo autem magis ac longius ab origine recedit, eo magis
 vel hominum improbitate turbatur, vel sensim illabentibus sabuli &
 luti frustulis corrumpitur. Ad quod probandum sufficit univerfam
 gentilium Mythologiam cum sacro conferre codice: Offendemus
 enim *Deos, Deorum ortus, res gestas, progeniem, Heroas, cultum, ritus, sa-*
crificia, festa, templa, aras, sacerdotes, longiori flexu detortos sacri
 fontis esse rivulos. Sic, ut ex innumeris pauca adducamus, in EPI-
 METHEO deprehendimus ADAMVM, in ATE ac PAN-
 DORA EVAM, ENOCHVM in EDRISO, ATLANTE,
 ANNACO, in VULCANO TVBALCAINVM, NOA-
 CHVM in JANO BIFRONTE, OENOTRIO, OGYGE,
 DEVCALIONE, SATVRNO, BACCHO, XISV-
 THRO, VITEY; in NEPTVNO & JAPETO JAPHE-
 TVM,

TVM, SEMVM in PLVTONE, CHAMVM in HAMMO-
 NE ac IOVE, CANAANEM in MERCVRIO; in BELO
 & MARTE NIMRODVM, in PROMETHEO MAGO-
 GVM; in OSIRIDE, BELLEROPHONTE, HEBRO,
 TANO, MYRtilO, HIPPOLYTO, JOSEPHVM,
 rursum MOSEN in MERCVRIO, ORO, TYPHONE, ZO-
 ROASTRE, MINOE, RHADAMANTHO, ÆACO,
 MVSÆO, PROTEO, ORPHEO, VERTVMNO; TA-
 BERNACVLVM in TEMPLO DELPHICO, in TRI-
 PODE ARCAM, in HERCVLE JOSVAM ac SIMSONEM,
 DELILAM in OMPHALE, JEPHT Æ Filiam in IPHIGE-
 NIA. Quæ cuncta, quemadmodum certissimo sunt indicio, cessan-
 te divina apud Ethnicos revelatione, antiquam atque incontamina-
 tam veritatem paulatim hominum incuria ac oblivione hunc in mo-
 dum deflexam, inque aliam planè formam fuisse transfusam: ita non
 pauciora corruptarum ex malignitate, odio atque calumniandi cau-
 sa sacrarum historiarum extant exempla. Ut prætereamus, quæ *Mane-*
sbo, Cberemon, Lysimachus, Apion, de Judæis commenti sunt, unus *Tacitus,*
 gravissimus alias Autor, locupletissimus erit testis, qui in Judai-
 cæ gentis rebus gestis sequentia commemorat: Orta per Ægyptum ta-
 te, regem Bocchorim, adito Hamonis oraculo, remedium peten-
 tem, purgare regnum a Judæis, morbo isto infectis, eosque, ut
 diis invisos, alias in terras avehere iussum. Sic conquestum col-
 lectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, cæteris per
 lacrymas torpentibus, Mosen exsulum unum monuisse, ne quam
 deorum hominumve opem expecteat, ab utrisque deserti, sed sibi-
 met, ut duci cœlesti crederent. Assensisse, atque omnium ignaros
 fortuitum iter incepisse: Sed nihil æque, quam aquæ fatigatos esse,
 inopia: mox post continuum iter sex dierum, obtinuisse terras pul-
 sis cultoribus. Hinc Mosen, firmandæ in inposterum genti, novos
 ritus contrariosque cæteris mortalibus indidisse. Effigiem asini pe-
 netrali sacrasse, septem dierum famem crebris jejuniis fastum, im-
 primis hebdomadario: Hinc septimo die otium placuisse, & id genus
 alia. Manifesta quidem sunt in hæc narratione veri vestigia, quippe
 far

fat luculentis verbis Israëliti populi ex *Aegypto* exitus describitur, ejus
 numerus ingens, iter per deserta Arabia loca, incommoda varia, perpeſſa
 fitis, fontes Elimai, Palaſtina invaſio, miniſterium Moſis, lexque per eum
 data, Sabbathum, jejunia. Verum ex odio, quo Judæorum nationem
 Romiani proſequebantur, atro calumnia veneno ubique eſt infecta,
 abſurdiſque deturpata fabulis. Quid enim aliud ſibi volunt, *populum*
lepri inquinatum, ex Aegypto expulſum, àque diis desertum eſſe, Moſen
ſibi arrogaffe imperium, illos aſinos duces ad aquas ſecutos, aſini caput in
templi adyto ſacraſſe. Quibus, cum nihil ferè intenderint, niſi ut Ju-
 dæos magis redderent deſpectos & contemptos, non eſt mirandum,
 illos eandem ob rationem tam dira Chriſtianis impegiffè crimina, eo-
 rumque innocentes ritus & conſuetudines adeò perverſè detoriſſe.
 Hoc veluti in multis luce patet meridianâ clarius, uti ex. gr. ex *oſculo*
pacis, penitentium geſtibus, fratrum appellatione ac ſorum, conventibus
clanculariis ac nocturnis conſlata eſſe ſupra promiſcua, inceſtus, & conſi-
rationes: Ita in aliis quodammodo reconditum eſſe verum invenimus,
 uti præclarum exemplum nobis præbet Minutius Felix IN INFAN-
 TE FARRE CONTECTO, OCCISO ac LACERATO,
 in quo cum lateat *ſacra myſterium Euchariftiæ,* digna mihi res eſt viſa,
 quam in ORATIONIS INAVGVRALIS ARGVMENTVM ſeligerem. Nullus dubito, quæ Perilluſtris DANCKEL-
 MANNVS, Regimini Ducatus [Magdeburgici Excellentiffimus
 Dominus Præſes, præſentia Sua me meamque orationem ſummo ho-
 nore ſit affecturus. Iſdemque omnes omnium Ordinum Maximos,
 Medioximos, Minimos, unamquamque pro dignitate, perſonas, ut fre-
 quentes concioni adeſſe, benevolasque præbere aures velint, maxi-
 mo rogo opere atque obſecro.



Gb 1633.

4^o


ULB Halle 3
001 611 763



20

n. c.





AUSPICATO
PROFESSIONEM HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ

IN
ILLVSTRI GYMNASIO REGIO
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PRINCIPIS ET DOMINI

FRIDERICI I.
BORVSSIÆ REGIS

&c. &c. &c.

VOLVNTATE DECRETAM
AGGRESSVRVS

ORATIONEM PVBLICAM
DE

INFANTE FARRE
CONTECTO AC MACTATO

CHRISTIANIS QVONDAM OBJECTO CRIMINE
IN GYMNASII AVDITORIO

Die XV. Octobr. M DCC XII. Hora IX. Matutina


HABEBIT,
AD QVAM

OMNIVM ORDINVM HOMINES, PRO DIGNI-
TATE VNVM QVEMQVE

OFFICIOSISSIME ATQVE HVMANISSIME
INVITAT

JOHANNES PHILIPPVS HEINIVS.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ, LITTERIS SALSFELDIANIS.



Farbkarte #13

B.I.G.

